



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLI. Minorennitas, Minor. Conf. Rubr. Curator.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

in fin. cum l. seq. ff. de dol. de jure enim communi perpetuo verum manet, quod ait, l. dolus. 10. C. de rescind. vendit. dolum ex qualitate facti, non ex quantitate pretii aestimandum esse, Ant. Fab. dec. 7. error. 10. num. 1.

CAP. XXXIX. Ministerium.

Axioma I.

Actus quilibet non ad eum, qui ministerium præstat, sed ad eum, qui ministerio isto usus est, referuntur, exempl. l. & licet 15. C. de constit. pecun. & l. quod meo 13. pr. ff. de acquir. poss. nec omnino velle credendus est ille, qui aliis ita jubentibus obsequitur, l. velle. 4. ff. de R. l.

II.

Paucis ministris ac fides utendum, nec iis, quorum fides explorata non est, arcana communicanda sunt, quinimo nec plures præsidarii possessioni imponendi, quam qui ad custodiam sufficiunt, l. un. C. de Apparit. Comit. Orient. Perez. ibid. n. 3. nec plures apparitores à iudicibus constituendi, aut certe citra Reipubl. sumtum, Perez. ibid. n. 4. l. 4. C. de SS. Eccles.

III.

Premiis laborum ministri, quorum opera indigemus, alliciendi, non metu terribili & necessitate libertati incongrua se alienandi, Perez. C. de Apparitor. Comit. Orient. n. 5.

IV.

Omnis gloria rerum bene gestarum Principi, non Ducibus aut aliis ministris adscribenda est, Perez. C. publ. Ledit. n. 3. q. nam ministri sunt vice principum, eorumque imago & umbra. Mev. conf. 100. n. 110.

CAP. XL. Minus.

Axioma I.

Minus solvere & omnino non solvere sunt paria, arg. l. 3. §. 1. Commod. Belford. lib. 2. conf. 19. num. 66.

II.

Minus fecit, qui nihil ejus, quod promissit, fecit, quam qui incepit quidem, & negotium inchoatum reliquit imperfectum, lib. 32. l. 101. ubi Gædd. num. 1. de V. S. plus enim abest illi, qui nihil, quam qui aliquid recepit, l. amissi 52. ff. de fidei. l. decem 116. de V. O.

III.

Minus potest, cui plus concessum est.

Limita: si in minori non militet eadem ratio. Ita enim fiscus rem communem invito socio potest vendere, non autem obligare vel oppignorare, Perez. C. de vendit. rer. fise. n. 7. nec locare aut jus communis hypotheca remittere, Id. n. 8. nec in emphyteusin vel feudum dare, Brunnem. C. cod. tit. in fin.

IV.

Minus majori inest, Hinc Senator, qui fit Imperator, nihilominus Senator manet, l. 8. C. de dignit. & ad majorem dignitatem ascendens minorem non amittit, l. 3. C. eod. Perez. C. eod. n. 61.

CAP. XLI. Minorennitas, Minor.

Conf. Rubr. Curator.

Axioma I.

Minorennitas non operatur quidquam in his, quæ non dependent à voluntate ejus qui est minor, l. 1. in princ. & l. magis puto 5. ff. de rebus eorum. Bart. in l. qui Roma. §. coheres. de V. O. Octavian. Simoncell. in tr. de decret. ceterisque solemnitatibus, lib. 22. tit. 6. num. 108. Vultejus 3. conf. Marpurg. 29. num. 237.

II.

Minoris conditio melior est quam mulieris, l. ult. in princ. ad SC. Vellejan. Ant. Fab. in C. suo de fin. 5. n. ult.

III.

Minori in jure erranti æque subvenitur atque si erraret in facto, l. interdum 29. ff. de condit. indeb. quem textum ad hoc citat Castrensis, conf. 142. n. 1. volum. 1. v. Vult. 3. conf. Marp. 29. num. 161. quia jura ignorare præsumitur, l. regula 9. §. 1. ff. de jur. & fact. ign. Bald. in l. conditio. num. 3. C. de Usucap. pro empt. etiam si de lucro perdendo traheret, Alex. conf. 26. ante fin. vol. 7. quem allegat & sequitur Cravetta consil. 192. num. 5. & consil. 792. num. 5. & seqq.

IV.

Minor non debet habere potestatem in majorem, cap. penult. extr. de major. & obed. Minori enim ut serviat major, nulla justitia est, c. est ordo 12. 33. quæst. 5. sed potius minor à majori exemplum capere debet, cap. cum ex eo 14. extr. de penit. & remiss. potest tamen minor se opponere majori, imò unus multis, cum modò justam causam ostendat, cap. ex parte 10. extr. de concess. preb. imò sapientius ejus conditio est melior, quia hic eligit, major autem concludit, cap. 1. extr. de paroch. Minor tamen ex causa potest gerere magistratum, l. 1. ff. de Decur. si scil. civium copia non sit, l. 2. C. qui ætate. Perez. ibid. n. 5. Imò ad officia publica gerenda minor 20. annos scil. natus admittitur, l. 2. §. Senatores C. de his qui veniant ætatis. imò pro quovis liberorum annis minori quoad suscipiendas dignitates remittitur, l. 2. ff. de minor. Perez. C. qui ætate num. 6.

V.

Minor pars tenetur facere, quod major facit, cap. ex parte 28. extra de censib. Intelligi scilicet in terminis habilibus. Unde quando minor pars dignum, major autem indignum eligit, valet minoris partis electio, cap. congregati 53. cap. Ecclesia 57. extr. de Elect.

VI.

Quicumque actus in majori ætate gestus non infert necessariam approbationem gesti in minore ætate, ex eo non præsumitur ratihabitio, Vel: Quoties actus in majore ætate gesti alia conjectura capi potest quam approbationis, toties ea non præsumitur.

Ratio: quia ratihabitio in dubio non præsumitur sed probanda, præsertim in casu, ubi agitur de læsione vitanda & renunciatio- ne beneficii restitutionis in integrum, quæ

in dubio etiam non præsumitur. Exemplum est in l. 3. §. 2. ff. de minor.

Limita: de minore adeunte hereditatem, & exigente in maiorenitate debita. Ita si minores emerit & major impensas in eas fecerit, inde colligi non poterit rati habitio. E contra præsumitur rati habitio, si v. g. pro ædibus in minorennitate emtis solvatur in maiorenitate pretium, vel si locationis in minore ætate factæ percipiatur pensio.

VII.

Quoties ex contractu læsus est minor, toties intra quadriennium petenda restitutio, quia lapsu tanti temporis minor major factus, rati habuisse videtur id, quod in minori ætate gestum l. fin. C. de temp. in integr. restit. Quoties verò per alienationem rei suæ læsus, toties si ea sit onerosa, per quinquennium, si lucrativa, per decennium patet restitutio l. fin. C. si major fact. rati hab. quia contractus per se sunt validi, alienatio verò rei minoris sine decreto facta per se non subsistit. Contractuum, ergo major erit favor & hinc breviori tempore præscribatur, quàm alienationes.

Amplia, ut hoc procedat etiam in aliis à Tutore nulliter gestis citra alienationem bonorum, v. g. in mutuo. Conf. Carpz. L. 5. Resp. 76.

VIII.

Quotiescunque minor restitutionem petit, toties minorennitatem & læsionem probare tenetur, quia in utroque collocat fundamentum suæ intentionis; alterutro ergo non probato cessat restitutionis causa impulsiva.

Declar. ut sufficiat, modò minorennitas affuerit tempore læsionis l. 39. ff. de minor. neque probanda læsio, si actus talis sit gestus, ubi jura præsumunt læsionem, ut renunciatio, præscriptio, compromissum l. 34. §. 1. de minor. additio hereditatis suspectæ, repudiatio hereditatis, & mutuum, ubi creditor versionem probare debet. Struv. ad ff. de minor. tb. 48. l. 1. & 2. C. si advers. Credit. l. civitas 27. ff. de Reb. Cred.

IX.

Quoties minor mediante Juramento contraxit, toties non restituitur, quia juramentum ex minore facit majorem, ostendit enim enixam jurantis voluntatem. Subsistit ergo emtio venditio minoris juramento confirmata. Auth. Sacramenta puberum Cod. si advers. vendit.

Declarata: modò juramentum fuerit spontaneum & non dolo, vi aut metu extortum. d. Auth. Sacram. puber.

X.

In quâ causâ artem proficitur minor, in illâ causâ non restituitur, quia in hac non poterit videri læsus, cum culpæ ejus annumerandum, quòd adeò imprudens fuerit. Ita ergo Jure-Consultus minor in jure errans non restituitur, sicut nec mercator in mercaturâ. Zoëf. ad ff. Tit. de minor. n. 21. & 22. In factio tamen restituitur Jctus v. g. emtione domus circumventus, quia talia etiam prudentissimos fallere solent. Vinn. Lib. 1. Select. 2. 13.

XI.

Cuicunque reverentiam singularem debet minor, contra illum non poterit petere restitutionem in integrum, quia allegatione læsionis, quam supponit restitutio, reverentia læderetur, à talibus insuper personis ob singularem affectum nulla præsumitur læsio. Ita non datur restitutio contra gesta cum parentibus & patronis l. fin. C. qui & advers. quor.

Declarata: quòd contra tertium possit restitutionem petere minor, licet ille regressum habeat contra patrem. arg. l. 2. C. si advers. donat. item contra factum patris, ex quò tamen nullum lucrum ad patrem pervenire potuit. l. 2. §. ult. §. 6. C. de bon. que lib. filio quoque restituitur adversus matrem secundò nubentem. Nov. 155. cap. 1.

XII.

Quoties minori cum minore negotium intercedit, toties cessat restitutio, quia privilegiatus contra privilegiatum non jure suo utitur, sed communi. arg. l. 8. pr. ff. de excusat. ita si minor filiofamil. minori pecuniam creditur & hic consumsit, melior hujus tanquam consumentis ratio l. 34. ff. de minor.

Declarata: nisi alter de lucro certaret, sic enim alter, qui de damno vitando agit, restitueretur. l. 11. §. pen. ff. de minor.

CAP. XLII.
Minutio.

Facilius est diminuerè, quàm ex toto auferre. Cravet. conf. 719. num. 13. Johan. Eichard. 1. conf. 2. num. 6. §. So nun die Ordnung. & qui privari potest, multo magis gravari potest. l. si fundum 92. §. ult. ff. de leg. 1. Franc. Caldas conf. 8. n. 40. Casp. Klock. conf. 17. n. 8. & seq.

CAP. XLIII.
Miraculum.

Axioma I.

Miraculum opus est arduum & insolitum, supra spem & facultatem consilientis admirantis, cap. revera 69. in med. de consuec. dist. 2. quæ de causa miraculum facere speciale donum Spiritus sancti dicitur, cap. quarendum. 6. de penit. dist. 2. Unde miracula admiranda non in exemplum actionis trahenda, c. nos si. §. his itaq. 2. quæst. 7. quæ nec Magi & Dæmones facere possunt, sed mira; cum non sint supra naturam, sed hominibus insolita, cap. sciendum. 26. quæst. 4.

II.

Miraculosè quæ fiunt, ac nutu aguntur divino, sub lege non sunt. Carpz. Pr. Crim. P. 2. Q. 82. num. 3.

CAP. XLIV.
Misericordia, Miserales personæ.

Axioma I.

Misericordiæ rationem reddere melius est quàm inclementiæ, cap. non satis 14. distinct. 86. cap.